

umbra christiane confessionis, qui perdit vitam katholicae communionis. Igitur quoniam unius capitis membra sumus, iusta ac fraterna compassionis vicissitudine nostris malis compati vos estimamus ideoque, quanto dolore quantoque animi cruciatu afficimur, vestre karitati indicamus. Exasperatur autem et recrudescit hic dolor ex tam inmani et effrenata licentia quorundam in doctrina eorum tramitem iusticie excedentium, qui velut tempestas incitata non bono spiritu deseuiunt temere episcopum nostrum diiudicando, cum *temerarium iudicium* auctoritate Gregorii³⁴ *plerumque nihil nocet ei, de quo temere iudicatur, ei autem, qui temere iudicat, ipsa temeritas necesse est ut noceat*. Hinc in sancta Nicena synodo³⁵ sancitum est: *Caveant iudices, ne in quemquam absentem sententiam dicant, nam irrita erit*. Item Gregorius:³⁶ *In omni autem, quod de vobis extra dicitur, recurrere ad archana interius debemus. Et si omnes vituperent, liber est tamen, quem conscientia non accusat, quia et si omnes laudent, liber esse non potest, si hunc conscientia accusat*. Unde Augustinus³⁷, quod nemo a communione sit respuendus, nisi sponte confessus aut in iudicio convictus. Item Augustinus in libro de penitentia: *Nos a communione neminem prohibere possumus, quamquam hec prohibitio non mortalis, sed medicinalis sit, nisi aut sponte confessum aut seculari aliquo vel ecclesiastico iudicio nominatum atque convictum*. Quare miramur – nam mirari cogimur –, unde et qua temeritate dominum nostrum episcopum audeant diiudicare nosque a communione, quia sancte iura persolvimus ei obedientie, presumant separare, cui sectę pro dolor nos vestrum^c unum venerabilem audimus interesse vosque affirmare pontifices quosdam

*) utrū Hs.

³⁴) In Wahrheit Augustinus, De sermone Domini in monte II, 18, 62; hg. von A. M u t z e n b e c h e r, CC 35 (1967) S. 158; Text Nr. 5 bei F o l l i e t, Une collection anonyme S. 297; zur Verbreitung in Streitschriften und Kanonessammlungen des 11./12. Jh. vgl. die Übersicht ebda. S. 309 (Wenrich von Trier, Bernhard von Hildesheim, Deusededit, Ivo von Chartres usw.).

³⁵) Leicht variierte Wiedergabe eines mit der Zuschreibung an verschiedene pseudoisidorische Päpste häufig vorkommenden Kanons; vgl. Paul H i n s c h i u s (Hg.), Decretales Pseudo-Isidorianae (1863) S. 470, 18 f. und Horst F u h r m a n n, Einfluß und Verbreitung der pseudoisidorischen Fälschungen 3 (Schriften der MGH 24, 3; 1974) S. 802 f. Nr. 35–36; mit der Zuschreibung an das Konzil von Nikäa auch verwendet im Decretum Wiberti, MGH Ldl 1 S. 622, 33 f.

³⁶) Gregor I., Ep. XI, 27; hg. von P. E w a l d und L. M. H a r t m a n n, MGH Epp. 2 (1899) S. 290, 23–25.

³⁷) Die in den folgenden Sätzen zu bemerkende Wiederholung deutet darauf hin, daß wahrscheinlich die Rubrik einer Kanonessammlung für den ersten Satz übernommen wurde. Das Zitat *Nos – convictum* stammt aus Augustinus (Autorschaft sehr zweifelhaft), Sermo 351; Migne PL 39 Sp. 1546. Auch zitiert in: Decretum Wiberti, MGH Ldl 1 S. 622 f.; Brief Bernhards von Hildesheim an Adalbert und Bernold, MGH Ldl 2 S. 30, 26–31; Bernold, Libellus V (an den Speyerer Propst Adelbert), MGH Ldl 2 S. 96, 28–30; vgl. Wido von Ferrara, De scismate Hildebrandi, ed. R. W i l m a n s, MGH Ldl 1 S. 560, 20–23; zum Vorkommen in Kanonessammlungen vgl. Uwe H o r s t, Die Kanonessammlung Polycarpus des Gregor von S. Grisogono (MGH Hilfsmittel 5, 1980) S. 193 zu Polycarp VII 9, 10 (Anselm von Lucca, Deusededit).